

que obtegi potest? Ast protestantes biblici ejusmodi serupulis non anguntur (1).

CAPUT V. De sacrae Scripturae lectione in lingua vernacula.

Omnibus indiscriminatum fidelibus necessariam sacrae Scripturae lectionem ad salutem esse novatores sec. XVI. antumarunt, qui propterea in linguis vernacularis conversam summo studio eam propagare adnisi sunt (2). Eos secuti sunt janseniani, qui pariter ejusdem lectionis necessitatem praedicarunt, præser-tim vero Quesnellius, cuius propositiones LXXIX. LXXXI. LXXXII. LXXXIII. LXXXIV. LXXXV. damnatae sunt, in quibus vigentem Ecclesiæ improbat disciplinam, perinde ac perniciosem ac noxiom sit, christianum velle a Scripturae lectione retrahere, ac fidelibus Christi os obturare, atque efficiere ut filii lucis quamdam patientur excomunica-tionis speciem (*Nomullas ex his inferius dannabimus*). Quesnellii vestigia, ut moris est, institut synodus Pistoriensis, cuius propositio LXVII. his verbis expressa:

« Doctrina perhibens a lectione sacrarum Scripturarum, nonni veram impotentiam excusare, subjungens ecclesiastico. Ex neutro porro capite talis oritur necessitas.

Jamvero nulla teneri necessitate fideles ad legen-das Scripturas sic ostendimus. Si ejusmodi eos urge-ret necessitas, ea oriretur aut ex ipsa rei de qua agi-tur natura, aut ex aliquo præcepto positivo divino vel ecclesiastico. Ex neutro porro capite talis oritur ne-cessitas.

Non exurgit imprimis ex ipsa rei natura: etenim per priora viginti ab orbe condito secula potuerunt homines salutem adipisci absque Scripturarum lectione, cum ille nondum exstant; a Moysi deinde ad Christum usque, absque eadem lectione potuerunt pariter salvati quotquot in ethnieismo ope fidei sibi ex antiqua traditione comparatae, et divina opitulante gratia legem naturalem servaverunt, justeque vixerunt, qui fortasse paci non sunt. Idipsum dicatur de primis fideliibus post Christi adventum toto illo tempore quo nondum scripta N. T. fuerunt exarata. Postquam vero libri sive V. sive N. Testamenti in lucem prodierunt, absque illorum lectione tot potuerunt obti-nere salutem, quot rudes et illitterati exiterunt et existunt, et ex quibus major semper constat generis humani pars, aut in quorum manus hi libri minime pervenerunt. Omissis porro Judæis, de christianis barbaris ac rudibus, qui sine Scripturis fidem tene-bant, atque ad ejus normam mores suos componebant, notum est s. Ireneus testimonium quod alibi exscripsimus (2). Absurdum autem est innumeris ejusmodi fidelibus viam precludere salutis hac una de causa, quod nequiverint aut nequeant Scripturas saeras legere. Hoc semper erit argumentum a quo nun-quam poterunt adversarii se expedire. Crescit vero ejusdem vis ex iis que paulo post ostendemus, scilicet neque Scripturas ipsas absolute ad fidem atque sa-

Ut igitur viam precludamus omnem Ecclesiæ catholice osoribus, eorumque depellamus calumnias, duo nobis præstanda sunt: primo evincere debemus

(1) Scripserunt etiam de hoc arguento D. Rubichon in op. *De l'action du clergé*, et com. de Maistre, in *Soirées de St-Pétersbourg*, Soir. XI.

(2) His novatoribus jam praieverat hac in sententia Erasmus, cuius articulos damnavit facultas Sorbonica an. 1527, die 17 decemb. In articulo XI, qui est *De traductione sanctorum scripturarum in lingua vulgarum*, excerptæ sunt ex pref. in Matth. et damnatae insequentes prop. 1. « Sacras litteras cupiam in omnes verti linguis. 2. Exclamant indignum facinus, si mulier, vel coriarus loqueratur de sacris litteris. 3. Ne auctore, sacros libros leget agricola, leget faber, leget latomus. 4. Neque Ezechielis prophete, neque Cantici Cantici, aut cuiusquam librorum V. T. lectio-nem ulli homini interdico. 5. indecorum, vel potius ridicu-lum videtur, quod idiotæ et mulierculæ psittaci exemplo psalmos suos et precatiōnēm dominicā immurmurent, cum ipsi quod sonant non intelligant.»

(3) Ibi inter ceteros stolidus ac furiosus minister Gene-vensis Dost, quem in superiori hujus tractatus parte, sect. II., cap. 1, in notis, commemoravi, qui cit. opuse. *Du pouvoir de St. Pierre dans l'Eglise*, ed. 1855, pag. 58, more suo ita scribit: « Prêtres de Rome! je vous le conseille, continuez de cacher les Ecritures au peuple! Entrez les sociétés qui les propagent! empêchez l'instruction des hommes, et renversez les écoles! Car, vous le voyez vous-mêmes, il suffit de savoir lire la Bible pour ne plus croire à vos plus importantes traditions! »

sacrarum Scripturarum lectionem cunctis promiscue fidelibus haud necessariam ad salutem esse; secundo nunquam Ecclesiam absolute ac indiscriminatum prohibuisse filiis suis sacrorum Bibliorum etiam in lingua vernacula lectionem. Quæ ut obtineamus sit:

PROPOSITIO I. — *Sacrae Scripturae lectio Christi fidelibus indiscriminatum omnibus minime necessaria est ad salutem.*

Ut ex ipsa propositionis enuntiatione liquet, de so-lis fidelibus hic loquimur, minime vero de pastoribus Ecclesiæque ministris, quibus onus incumbit alios instruendi, quibus potius dictum est: « Labia sacerdotis custodiunt scientiam, et legem requirent ex ore ejus » (*Malach. II, 7*). Timotheo vero Apostolus inculcat: « Attende exhortationi et doctrinae » (*1 Tim., IV, 13*), ac innumeræ pene ecclesiastice sanctio-nes eam illis injungunt (1).

Jamvero nulla teneri necessitate fideles ad legen-das Scripturas sic ostendimus. Si ejusmodi eos urge-ret necessitas, ea oriretur aut ex ipsa rei de qua agi-tur natura, aut ex aliquo præcepto positivo divino vel ecclesiastico. Ex neutro porro capite talis oritur ne-cessitas.

Non exurgit imprimis ex ipsa rei natura: etenim per priora viginti ab orbe condito secula potuerunt homines salutem adipisci absque Scripturarum lectione, cum ille nondum exstant; a Moysi deinde ad Christum usque, absque eadem lectione potuerunt pariter salvati quotquot in ethnieismo ope fidei sibi ex antiqua traditione comparatae, et divina opitulante gratia legem naturalem servaverunt, justeque vixerunt, qui fortasse paci non sunt. Idipsum dicatur de primis fideliibus post Christi adventum toto illo tempore quo nondum scripta N. T. fuerunt exarata. Postquam vero libri sive V. sive N. Testamenti in lucem prodierunt, absque illorum lectione tot potuerunt obti-nere salutem, quot rudes et illitterati exiterunt et existunt, et ex quibus major semper constat generis humani pars, aut in quorum manus hi libri minime pervenerunt. Omissis porro Judæis, de christianis barbaris ac rudibus, qui sine Scripturis fidem tene-bant, atque ad ejus normam mores suos componebant, notum est s. Ireneus testimonium quod alibi exscripsimus (2). Absurdum autem est innumeris ejusmodi fidelibus viam precludere salutis hac una de causa, quod nequiverint aut nequeant Scripturas saeras legere. Hoc semper erit argumentum a quo nun-quam poterunt adversarii se expedire. Crescit vero ejusdem vis ex iis que paulo post ostendemus, scilicet neque Scripturas ipsas absolute ad fidem atque sa-

(1) Constitutiones et decreta conciliariorum sive ecumenicorum sive particularium, incipiendo a conc. Hippo-nensi an. 395. celebratio usque ad Narbonense celebratum an. 1609, neconon decreta rom. pontificum ab Agapeto an. 550. usque ad Clementem VIII, an. 1396, quibus clericis et monachis sacrae Scripturae lectio præcipitur, exhibet eruditus P. Cherubinus a s. Joseph, carmelita discalceatus, in *appa-ratu biblico*, Bruxell. 1704. tom. I. *Dissert procmndi*, quast. III. art. 5. sect. 3, p. 120, seqq.

(2) Ex lib. III. cont. *Hæres*. cap. 4, n. 2. quod etiam iterum inferius dabimus cum sermo erit de Traditione.

ludem necessarias esse. Nam si Scriptura ad fidem salutemque *absolute* necessaria non sunt, quanto mi-nus necessaria erit earumdem lectio? Huc accedit quod si Scripturae lectio omnibus prorsus necessaria esset, ideo foret, quia ad fidem, pietatem, sanctitatemque in animis dignandam, foventam, promoven-damque lectio illa *absolute* requireretur: jamvero in hunc finem Scripturae lectio necessaria minime est, cum fides sit *ex auditu*, fovent autem promoverique possint pietas ac sanctitas tot aliis subsidii quibus fideles abundant, instructionibus videlicet, exhortationibus, concessionibus, tot libris asceticis, quibus ad omnimodam sanitatem tuto informantur.

Restat proinde ut necessaria adstruantur Scriptura-rum lectio alicuius præcepti divini aut ecclesiastici vi. Nuspianum porro ejusmodi præceptum reperi, ex ipsa liquet adversariorum agendi ratione, qui licet sœpe adeo provocati fuerint ad illud proferendum, hactenus tametsi maxime voluerint, exhibere non po-tuerunt; quod melius adhuc patet ex difficultatum solutione. Deinde si ejusmodi præceptum alicubi existeret, certe pia antiquitas, ut adversarii loquuntur, illud compriisset: ast tantum abest ut agnoverit, ut vel contrarium omnino supponant Ecclesia patres; atque concilia etiam aperte omnino id excludant. Contrarium quippe supponunt tot illis exhortationibus quibus adnitionebantur fideles inducere ad Scripturae sacrae lectionem, quin unquam præceptum commemo-reant aut insinuent quidem (1). Aperte vero excludunt eorumdem Bibliorum testimoniis. Ex innumeris pro-pe que adduci possent unum aut alterum selligemus. Tertullianus: « fides tua, inquit, te salvum fecit, non exercitatio Scripturarum. Fides in regula (*Symbolo*) posita est (2). » Quid senserit s. Ireneus paulo ante diximus. S. Augustinus scribit: « Homo fide, spe et charitate subinxus, eaque inconcusse retinens, non indiget Scripturis, nisi ad alios instruendos. Itaque multi per haec tria etiam in solitudine sine codicibus vivunt (3). » Quomodo porro haec aliaque his similia, quia passim in patrum scriptis occurunt, conciliari possent cum aliquo sive divino, sive ecclesiastico præ-cepto, si hoc re ipsa existaret (4)? Quod vero attinet ad concilia, satis est percurrere eorumdem acta, ut quisque intelligat non semel in lingua vulgari Biblio-rum lectionem vetitam fuisse. Ejusmodi sunt inter-alia concilium Tolosanum, Narbonense, Caméra-

(1) Patrum tum græcorum tum latinorum, qui exhortationes habent ad lectionem sacrorum Bibliorum, et doctrinam qui eos secuti sunt duplice pariter copiissimum indicem, adductis etiam singulorum verbis, similiter conficit P. Cherubinus op. et loc. cit. art. 3, sect. II, et III. incipiendo a sec. I, a Clemente nepte Rom. usque ad sec. XVI. inclusive nempe usque ad an. 1397. Hoc ipsum jam praesertim Jodocus Cœcius, qui re ipsa vere Thesaurum catholicum colligit 24. annorum spatio. Is itaque tom. I, lib. VI, art. XX. euendum catalogum exhibet usque ad an. 1310. Prior tamen auctor copiosior est, magis eruditus, magisque accuratus, quia ipsi facile fuit ex anteriori proficer. In nonnullis tamen, quæ ad severiori critican spectant, interdum et ipse habitur.

(2) *De prescript. hæret.* cap. 14. ed. Rig.

(3) *De doctrina christiana* lib. I, cap. 53, n. 43.

(4) Cf. Fontana, *Constitutio UNIGENITUS theologicæ propugnata* tom. III. in propos. LXXXIX. cap. 1, et 2. pag. 584 seqq.

cense, Mechlinense, de quibus inferius agendum nobis erit.

Cum igitur neque ex rei natura, neque ex præcep-to aliquo necessitas legendi Scripturas, quam nova-tores ac jansenistæ obtrudere vellent, quæque omnes indiscriminatum adstringat, habeatur, concludendum est sacrae Scripturae lectionem christifidelibus indis-cribinatum omnibus minime esse ad salutem neces-sariam, prout ostendere nobis assumpsimus.

DIFFICULTATES. Obj. Ex utroque capite exsurgit lectionis Scripturarum necessitas, qua omnes ac singulos obliget christifideles. Sane ipsam rei naturam ejusmodi inducere necessitatem ex multiplici capite patet, ac 1. ex fine quem Deus sibi prestitut in lega-da Scriptura hominibus, ut nempe suam eis patet faceret voluntatem; jam vero omnibus ac singulis munus incumbit hanc Dei cognoscendi voluntatem; 2. ex obligatione qua omnes tenebantur Judæi audiendi Moysen atque prophetas ipsos Dei nomine alloquen tes, et qua adhuc tenerentur christiani Christum si nobiscum adhuc conversaretur, et apostolos si et ipsi nobis concessionarentur, audiendi; qua obligatio profecto non cessavit, cum et Christi doctrina et Apostolorum prædictio libris sacris consignata sit; 3. ex consolatione quam nobis comparare ex Scripturarum de-bemus lectione, ut loquitur Apostolus dicens: « Ut per patientiam et consolationem Scripturarum, spem habeamus » (*Rom. xv, 4*); 4. ex persuasione in qua erant Judæi quod in Scripturis vita haberetur eterna, seu medium ad salutem a qua Christus eos minime abduxit, sed potius confirmavit illis verbis: « Scrutamini Scripturas, quia vos putatis in ipsis vita eternam habere » (*Joan. v, 59*); 5. neque eximuntur ab hac necessitate rudes ac illitterati, quibus idcirco onus incumbit ejus lectioni adesse in templis ubi lingua vernacula ipsis legi debet; aut saltē di-cendum cum synodo Pistoriensi eos excusari ex sola impotencia, ut in pluribus aliis accidit. 7. Nec denum suppletur huic necessitatì aut concessionibus, aut libris asceticis, cum in his non præbeatur purum verbum Dei, sed immixtum verbo hominum, nec raro per ineptas quandoque vero etiam contortas ac absurdas Scripturarum expositiones. Ergo.

Resp. N. A. Ad 1. prob. D. Si nulla alia ratio sup-peteret cognoscendi voluntatem Dei hominibus pate-factam præter Scripturarum lectionem, C. immediate. Si plures alias rationes præterea suppetant, N. Has porro as-signavimus in probationibus.

Ad 2. D. Tenentur homines Christum et Apostolos audire sive immediate, sive mediate, C. immediate. N. Hoc enim absurdum est. Ceterum cum Christus generatim dixerit: « Qui vos audit me audit (*Luc. x, 16*); » et: « Ecce ego vobiscum sun (*docentibus*) omnibus diebus usque ad consummationem seculi » (*Math. xviii, 20*), apertum est, eos omnes Christum et Apostolos audire, qui legitimos Apostolorum successores docentes predicantesque audiunt. Christus enim jugiter vivit in ministris suis ac per eos divina sua missio perennis sit, dicente Apostolo:

Pro Christo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos: obsecramus pro Christo, (II Cor. v. 20). Eo vel magis quod non omnis Christi et Apostolorum doctrina per solam Scripturam ad nos pervenerit, verum etiam per traditionem, ut paulo post ostendemus.

Ad 3. D. Si Scriptura unica via esset ad patientiam et consolationem capiendam, *Tr.* Si plures aliae praesertim sint *N.* Addimus motiva, qua ad homines salvandos et ad patientiam informandos conferunt, viva voce exponi posse ac tutius per legitimos Christi ministros, ut diximus, a fidelibus percipi.

Ad 4. D. Quatenus in Scripturis, ex parte saltem, divina revelatio continetur ad viam salutis hominibus communstrandam, *C.* quatenus ex sola Scripturarum lectione ab unoquoque immediate illa hauriri debeat *N.* Responsio patet ex dictis; neque unquam Iudei in hac persuasione fuere.

Ad 5. N. Etenim si omnes prorsus et singuli ejusmodi necessitate adigerentur, omnes omnino etiam rudes ac illitterati ei parere deberent, ac propterea ad removenda obstacula quae ipsos impeditur quominus ei inumeri satisfacerent, obligarentur. Nam qui ad finem tenent, et quidem absolute, tenetur pariter ad media sine quibus necessarius finis nequit obtineri. Neque huic obligationi satisficeret per auditorem, cum juxta adversarios necessitas sit de lectione ipsa. Suspicari praeterea semper possent rudes ne in publica illa lectione non deciperentur aut per versionem infidelem, aut per mutilationem textus, aut alia demum ratione. Quod vero adjicitur de onore legendi Scripturas in templis lingua vernacula, quomodo id adversarii ostendunt? Nihil ejusmodi in Scripturis occurrit, que juxta ipsos solam constituunt credendum et agendum regulam.

Ad 6. D. Cujus propterea synodi propositio, utpote erronea, damnata est, *C.* probata atque admittenda *N.* Accedit, quod hec sit glossa omnino gratuita, cuius nullum in Scripturis fundamentum habetur aut traditione, et in eum finem invecta, ut ab absurdis, quibus premitur adversariorum doctrina, se subducatur.

Ad 7. vel N., vel D. Nonnulli, *Tr.*, omnes *N.* Jamvero nunquam desunt in Ecclesia operari, ut vocat Apostolus, *inconfusibilis*, qui rite graviterque enarrant verbum Dei; episcopi excubant ut concionatores suo recte fungantur officio. Sic nunquam desunt libri ascetici et mystici, vero Dei spiritu conscripti, quibus fidelium animi ad pietatem omnigenam mire excitant, ac promoventur ad sanctitatem, sententias ex sacris litteris opportune et apte deprimitis (1). Si

(1) Prætermis siquidem nunquam satis commendatis operibus *De imitatione Christi*, *rhetorica* s. Francisci Salesii, *De genitu columba*, *De arte bene moriendo*, *De ascensione mentis in Deum* V. card. Bellarmini, necnon tot enim operibus Bossuetii, Fenelonii, card. Bone, qui solidè non minus quam pie animam christianam ad pietatem, perfectionem perducunt; si quis oculos conjicit in scripta s. Catharine Senensis, s. Theresie, s. Alphonsi, fieri non potest ut ex unctione quam ubique spirant non sentiat Dei spiritum in illis dominari, ac cor suum in Deum rapi imo et trahi. Hæc specimenis gratia commemoravi, ce-

quid vero aut inutile aut minus grave sive concionibus sive libris ipsis inseritur, non ideo omnia vitia di- cenda sunt, sed in tanta qua illorum versamur copia potest quispiam illos seligere quos magis idoneos experitur, ac sibi magis accommodatos.

Inst. Saltem tenent fideles ad sacram litterarum lectionem ex præcepto. Nam 1. Deut. VI. 8. de mandatis Domini dicitur: « Ligabis ea quasi signum in manu tua: eruntque et movebuntur ante oculos tuos, scribesque ea in limine et ostiis domus tuae. » 2. Christus vero Joan. V. hoc ipsum iterum inculavit dicens: « Scrutamini Scripturas; et Apostolus præcipit Colossensibus ut epistolam legerent quam scripserat ad Laodicenos, ac vicissim ut Laodiceni eam legerent quam direxerat ad Colossenses: « Et cum lecta fuerit apud vos epistola haec, facite ut et in Laodicenium ecclesia legatur: et eam qua Laodicenium est, vos legatis, (Coloss. IV. 16). 3. Ex his præterea discimus fideles omnes præcepto adigi ad legendas epistolas quas scripserunt ad eos Apostoli; quorum sane epistolas illi scripsissent, si fideles non tenerentur eas legere? Quod vero dictum est de epistolis, de reliquis Scripturarum libris Novi presertim Testamenti intelligi per analogiam debet, cum juxta s. Gregorium M. ac reliquos patres Scriptura sacra aliud non sit quam Dei epistola ad homines data;

4. Hinc Christus generatim dixit: *Quærite et invenietis*; perinde ac si dixisset: *quærite in Scripturis veritatem et invenietis eam* (1). 5. Quibus permotus s. Joan. Chrysostomus, « Audite, inquit, obsecro, seculares omnes, compare vobis Biblia, anime pharmaca, si nihil aliud vultis, vel Novum Testamentum acquirete, Apostolorum Acta, Evangelia, etc. (2), » ac demum concludit: « Non potest fieri ut quisquam salutem assequatur, nisi perpetua versetur in lectione spirituali (3). » 6. Merito proinde vel ipse Van-Ess, parochus catholicus ac professor in universitate Marburgensi, affirmavit propagationem sacrorum Bibliorum inter omnes indiscriminatum fideles unicum medium esse efficiendi, ut denuo christiana religio efflorescat (4). Ergo.

R. N. A. ad 1. prob. D. De præceptis Decalogi, *Tr.*, universæ legis mosaicæ *N.* Absurdum siquidem esset assercere legem universam seu Pentateuchum scribi in liminibus et ostiis domorum, aut ferri quasi signum in manu. Sane Pharisei, qui ad litteram allegata verba ex Deuteronomio intelligebant, in phylacteriis et vestis simbriis nonnullos perpaucos legis mo-

terum innumera prope sunt in Ecclesia catholica ejusmodi opera, que animum in Deum accidunt, que frusta queras in protestantium scriptis que glaciem potius adducunt. Sed in Ecclesia est vija. Non semel factum est ut protestantes rite dispositi ex illorum lectione commoverentur ac se recuperent in Ecclesiæ sinu.

(1) Ita Monod apud cit. opuse. *Le ministre*, etc. pag. 13 seqq.

(2) Ανθοτε, παρακαλῶ, πάντες εἰ πιστούσ, καὶ κατὰς βούλεια, πάρα τὸς φύγει, εἰ μὴ διὸς ἔτερος βαύλεια, τὸν γόνον κατανὰς κατηνόπολες, τὸν ἀποστόλου τὸς πράτης, τὸν εὐαγγέλιον. Hom. IX. in epist. ad Colos. n. 1.

(3) Οὐκ ἔστω, οὐκ ἔστι τὰ τοῦτοι μη συνεῖδες ἀναγνώστες ἀνα- λογίαν πειραζόμενοι. In Lazar. cone. III. n. 2.

(4) Apud Grégoire, *Hist. des secles*. tom. IV. p. 412.

sæcæ locos exscriptos deferebant; ad hunc autem morem alludens Christus Dominus: « Dilatant enim, inquietabat, phylacteria sua, et magnificant simbrias (1), » ad ostentationem videlicet. Ceterum objecta verba figurata locationem præ se ferunt qua Hebreis præcipiebatur ne unquam oblivioni traderent divina præcepta. Materialis interpretatio pharisæum sapit et rabbinismum. Perperam igitur afferuntur verba Deuteronomii pro adstruendo præcepto de Scriptura run lectione.

Ad 2. D. Et in hypothesi quod objecta Christi verba præceptum contineant, solos pharisæos, seu legi doctores ac sacerdotes afficiunt, *C.*; indiscriminatum omnes *N.* In primis dubium admodum est utrum imperandi aut indicandi modi sit verbum *ἐπεντεῦτε, scrutamini*, ut inter ceteros s. Cyrillus Alexand. contendit (2). Verum dato etiam quod modi sit imperandi, non ad omnes promiscue Christus verba sua direxit, sed uti colligitur ex v. 53. eos alloquebatur qui miserant ad Joannem, quiique erant sacerdotes et levite (Joan. I. 19, 24. [Cf. evudem *Kuinellum*, ibid. ad v. 33, 34]). Jam vero etiam nunc Ecclesia sacerdotibus ac ministris suis eadem verba ingeminat: *Scrutamini Scripturas*; fidelibus vero ac populo illa Ecclesiastici ingerit: « Altiora te ne quæsieris, et fortiora te ne scrutatus fueris: sed quæ præcipit tibi Deus, illa cogita semper... Non est enim tibi necessarium, ea quæ abscondita sunt, videre oculis tuis... Multos quoque supplantavit suspicio illorum. Et in vanitate detinuit sensus illorum» (*Ecclesiastici* III. 22, 23, 26).

Ad 3. D. In publico cœtu et sub magisterio ministrorum Ecclesiæ, *C.*; ab unoquoque privato et absque ulla subjectione *N.* Haud insciamus quandoque esse utilem posse publicam lectionem sive epistolaram, sive Evangelii, aliorumve sacrae Scripture librorum, prout Ecclesia semper facere consuevit. Verum ut omni periculo via præcludatur, tractus seligendi sunt qui omnium adiutoriationem inservire possint, et si qua alieni difficultas in his deprehendatur, explananda est ab Ecclesia ministris, qui fit in Ecclesia catholica per enarrationem Evangelii aut epistolæ, ac etiam ab iis qui e suggestu lectiones habent ac explanationes Scripturarum (3). Nunquam sane mens fuit apostolis

(1) Matth. XXIII. 3. Cf. in hunc loc. Joan Lightfoot, opp. edit. Ultrajec. 1699. vol. II, p. 536 seqq. qui recenset locos a pharisæis descriptos in phylacteriis seu observatoriis, et vestium simbriis; sunt autem has quatuor legi periodicae. Exod. XIII. v. 5-10. Exod. XIII. v. 11-16. Deut. VI. v. 8-9. Deut. XI. v. 15-21. Cf. quoque Ign. Weitenauer. S. J. in celebri *Lexico biblico* sèpius recuso, ad vocem *Phylacterium*.

(2) Vadem damus huius expositionis vel ipsum *Kuinellum* qui in Joan. V. 39. haec scribit: « Ἐπεντεῦτε permuli interpretes, nequitum tamen idem de causa, imperandi modo accipiunt, et verbum ipsum ἐπεντεῦτε explicant, aliquid cum maxima ἐπεντεῦσι animi attentione, et magno animi contentu querere... sed ἐπεντεῦτε, ut iam Cyrillus vicit, indicandi modo accipiendum est, vos inqui itis, scrutamini... Hunc enim modum orationis series flagiat, cum v. 40. sequatur καὶ εἰς θεοὺς Διός, x. 1. cum infra v. 45. Jesus concedat Monsen ab illis magni fieri, sed frustra legi; atque in præcedentibus etiam indicativi modi legantur. »

(3) Ut pateat quanta sollicitudine caverit concilium Tridentinum ut sacra Scripturae lectio et explanatio vernacula lingua fieret populo christiano, satis est legere ejus decretum, quemadmodum invenimus.

ut fideles absque subjectione præpositis suis epistolas aliaque ipsorum scripta legerent, eademque privato sensu interpretarentur. Ecquis enim fidelium absque erroris formidine legeret ac interpretaretur epistolam ad Romanos? Quod et de ceteris pariter dici opus est. Atque hinc responsio patet ad id quod adjicitur de universa sacra Scriptura, que a s. Gregorio M. aliisque patribus merito vocata fuit epistola Dei ad homines (1).

Ad 4. D. *Quærite orando, C.* legendo Scripturas *N.* Evidens est ex toto contextu agere hic Christum de necessitate atque efficacia orationis, cum dicat: « Petite et accipietis, quærite et invenietis, pulsate et aperiatur vobis; » in quibus nec verbum occurrit quod vel innuat præceptum de Bibliorum lectione. Sed ita est: haeretici prius contorquent ad proprios sensus litteras sacras, deinde vero juxta privatam suam interpretationem, eas catholicis obtrudunt, ut quod contendunt quaquaversus evincere videantur (2).

Ad 5. D. Adhortando et quidem non absque aliqua amplificatione, *C.* presse præcipiendo *N.* Ut enim omittam non esse in unius tantum patris potestate præceptum inducere quo omnes obligentur fideles, scopus ipsius est fideles a Iudis, spectaculis profanorumque librorum lectione retrahere, eosque ad sacre

que sub Paulo III. an. 1546. sess. V. *de reform. cap. 1.* edita sunt: « In Ecclesiis, dicitur, in quibus præbenda... aut quovis nomine nuncupatum stipendum pro lectoribus sacrae theologie deputatum reperitur, episcopi, archiepiscopi, primates, et alii locorum ordinarii, eos... qui stipendum hujusmodi obtinent, ad ipsius sacre Scripture expositionem, et interpretationem, per seipso, si idonei fuerint, aliquo per idoneum substitutum ab iis epis- pos... eligendum, compellant. De cetero vero præbenda aut stipendum hujusmodi nomini personis idoneis, et que per seipso id minus explore possint, conferantur. » Et alii omissis, que alias retulimus, sess. XXIV. sub Pio IV. an. 1562. *de reform. cap. 4.* Statuitur de episcopis et parochis, ut « saltem omnibus dominicis et solemnibus diebus festis; tempore autem jejuniorum quadragesimæ, et adventus Domini, quotidie, vel saltem tribus in hebdomada diebus, si ita oportere duixerint, sacras Scripturas, divinæ legem annuntiant. » In quos locos cf. Joan. Galle- mart. Haec vero executione mandari tum ex publico facto constat, tum ex Scriptura lectionibus, que vernacula lingua ad populum habite sunt ac deinceps ingenti populi fracta typis editæ; atque ut in Italia nostra sistam, ecquis ignorat lectiones sacras Zucconi, Calini, Cattaneo, Nicobii, Rossi, Granelli, Roberti, Pellegrini, Martinetti, Barotti, Cesari, quique horum agmen claudit el. Frane. Finetti, cuius decem jam volumina hac de re prodierunt?

(1) Cf. Fontana op. cit. in prop. LXX. II. Quesnellii cap. 4. et 5. p. 999 seqq.

(2) Vere quadrant adversarii nostris quæ pharisæi scribit de sui temporis haereticis, qui et ipsi, sicut secundum novatores, obtrudebant istud *quærite et invenietis*, sic, inquam, scribit in lib. *De præscript. cap. 14.* « Itaque tu qui perinde quæris, spectans ad eos qui et ijsi quærant, dubius ab dubiis, incertus ab incertis, cœcus a cœcis in fo- veam deducatur necesse est. Sed quum decipiendi gratia prætentund se adhuc quærente, ut nobis (catholicis) per sollicitudinis injectionem trahuntur insinuantur: denique ubi adierint ad nos, statim, que dicebant quærenda esse, defendunt: jam illos sic debemus rei utare, ut sciatis vos non Christo, sed sibi negatores esse. Cum enim quærent adhuc, nondum tenent: cum autem non tenent, nondum cederiderint, non sunt christiani. Et cum teneant quidem et credunt, quærendum tamen dicunt ut defendant: ante- quædam defendant, negant quod confitentur se nondum cre- didisse, cum quærant. Qui ergo non sibi sunt christiani, quanto magis nabis? Qui per fallaciam veniunt, qualem fidei disputant? Cui veritati patrocinantur, qui eam a mendacio inducent? » Edit. Rigalt. Quam bene, quam graphicæ paucis verbis omnium haereticorum cuiusvis etatis agendi ratio expouit!

Scripturæ lectionem excitare, ut paulo post ostendimus. Quod ut obtineat uitur interdum hyperbole et amplificatione, prout clare patet ex altero testimonio ab adversariis objecto. Fierine potest, ut s. Joan. Chrysostomus sibi persuaserit rudes omnes ac idiotas qui litteras non didicerint, assequi salutem non posse? Hoc neque adversarii contendunt (1).

Ad 6. D. Si privatorum individuorum judicium, rom. pontificum, imo et Ecclesiae universæ judicio esset præferendum, C. secus N. Quid magis ad religionis christianaë prosperitatem conferat, melius certe neverunt rom. pontifices, quibus illa ex divina institutione commissa est, aut, si lubet, Ecclesia ipsa universa, quam privati homines qualescumque. Cum vero rom. pontificibus et cum illis universæ Ecclesie constiterit non solum non expedire ad religionis christianaë incrementum aut nullo modo conferre, verum etiam maxime obesse inconsultam ejusmodi Bibliorum propagationem, nonne hominis tumentis est, ac intolerabiles arrogantiæ illam propagnare tanquam unicum medium quo christiana religio efflorescat? Hinc est quod juremerito plures Vau-Ess castigavint ejusque retuderint audaciam (2).

PROPOSITIO II. — Nunquam Ecclesia aut rom. pontifices universim prohibuerunt fidelibus sacrae Scriptura lectionem in lingua vernacula, sed modo improbarunt, modo probarunt, prout temporum, locorum, aut personarum adjuncta ac fideliū utilitas exposcere videbantur.

Hinc adstruimus propositionem tum ad vindicandam agendi rationem quam diversis temporibus Ecclesia ac rom. pontifices adhibuerunt circa lectionem sacrorum Bibliorum in lingua vulgari, tum ad repellendam protestantium, jansenistarum illorumque neotericorum calumniam, qui Ecclesiam ac rom. pontifices incusant, prænde ac si universim prohibuerint lectionem Scripturae sacrae in lingua vernacula, ut hac ratione fidelibus os Christi obstruerent, atque eis modum adimerent illam intelligendi. Prætemporibus porro hec agi de re disciplinari, quæ propterea accommodari potest, immo vero et debet diversis temporum, locorum ac personarum adjunctis, cum exploratum sit nonnulla aliquid et quadam ætate saluberrime constituta fuisse, quæ, rerum adjunctis immutatis, tanquam noxia postmodum abrogata sunt, atque etiam veita (3).

Quibus præmissis, ita accedimus ad thesim nostram evincendam. Ecclesiam antiquitus Scripturæ sacrae lectione in vulgari lingua non interdixisse fidelibus ex iis liquet quæ paulo ante præmisimus de Scripturarum versionibus in omnes ferme linguas tunc tem-

(1) Cf. Bellarm. *De verbo Dei lib. II*, cap. 16.

(2) Inter ceteros eminent Lienhard Argentoratensis et Kistemacker theologus Monasteriensis de quibus etiam loquitur Grægre loc. cit.

(3) Plura hujus diversæ agendi rationis pro diversis temporum ac personarum adjunctis concessit tum ex sacris litteris, tum ex historia ecclesiastica Spiritus Roterius in sua luctuatio hoc de arguento edita a. 1548, cap. XXX. quibus plura alia adjecti Fontana op. cit. in propos. LXXXIII, cap. 4, col. 818. seqq. quæ illuc recoli possunt.

poris vigentes, quasque Ecclesia nunquam improbabavit, quod et adversarii ipsi ultro fatentur imo et contendunt. Insequentibus vero seculis, cogentibus haeticorum fraudibus in vitiandis sacris litteris sub versionem vernacularum obtentu, sacrorum Bibliorum lectio in lingua vulgari interdici coepit fidelibus in Galliis a conc. Tolosano an. 1229 (1). Huic synodi constitutioni jam præverat Innocentius III. qui eadem de causa lectionem Scripturarum vulgari idiomate diœcesis Metensis fidelibus interdixit (2). Verum ejusmodi constitutiones locales fuerunt ac temporarie. Res ita se habuit, donec exortis haeticorum lutheranorum, zwingianorum, calvinistarum innumerarumque illorum propaginum factionibus, qui ad unum omnes necessitatem proclamarunt legendi ab omnibus et singulis fidelibus sacra Biblia idiomate vulgari, quique certam suis sacros codices versionibus corruerunt, ut malo imminenti occurreret Pius IV. prodidit ejus jussu regula quarta Indicis, qua sacrorum in lingua vernacula Bibliorum promiscua lectio severe interdicitur. Ast neque ob regulam istam omnibus Christi fidelibus ejusmodi lectio universim ac indiscriminatum prohibetur, cum ea relativa seu respectiva sit; siquidem quibus proficia esse deprehenderetur sacra Scriptura lectio, iis judicio episcopi aut inquisitoris, de istorum consensu illa permittitur (3). Ex nimia tamen hanc concedendi facultatem facilitate, qua haud pauci abutebantur, factum est, ut Clemens VIII. eam facultatem ad saeculam Indicis congregationem revocaret (4).

Ubi autem Scriptura sacrae lectio in lingua vernacula utilis visa est, non modo rom. pontifices eam

(1) Can. XIV. « Prohibemus etiam, ne libros V. T. aut N. laici permittantur habere, nisi forte Psalterium, vel Breviarium... Sed ne premissos libros habeant in vulgari translatos omnino prohibemus. » Apud Colleti in collect. Veneta concilior. tom XIII. col. 1259. Celebratum porro hoc concilium est an. 1229, mense Novemb. prout etiam habetur ex Sirmondo, Dacherio, Martenii, non autem an. 1129. uti scribit Wegscheider, qui adiudicat autoritatem Mansi. Ast Mansi in suo *ad concilia veneto-Labbeana supplemento*, tom. II. col. 965. nec refert quidem hujus concilii acta, sed solum pacta inter regem Francorum et Raymundum comitem Tulosanum inita, statuimus concilium pariter an. 1229. Hæc observanda erant circa epocham, ut pateat hanc prohibitionem factam esse adversus albigensium machinationes.

(2) Hanc refert Fontana op. cit. col. 591 seq. ubi etiam adnotat Innocentium importuno Metensem desiderio aliquas Scripturæ partes minus difficiles permississe.

(3) Ea verba regulæ 4. Indicis: « Cum experimento compertum sit, si sacra Biblia vulgari lingua passim sine discriminatione permittantur, plus inde, ob hominum temeritatem, detrimentum, quam utilitatis oriri, hac in parte *judicio episcopi, aut inquisitoris stetit, ut cum consilio parochi vel confessari*, Bibliorum a catholicis versorum, lectionem vulgari lingua eis concedere possint, quos intellexerint ex hujusmodi lectione non damnum, sed fiduci et pietatis augmentum capere posse. » De hac regula Indicis prolixus est P. Cherubinius op. cit. tom. IV, p. IV, pag. 489-538. adversus Arnaldus.

(4) Sunt autem hujus tenoris quæ jussu Clementis VIII. addita sunt Regule IV. Indicis: « Animadvertisendum est circa supradictam negatam quartam Indicis fel. record. Pii Papæ IV., nullam per hanc impressionem et editionem de novo tribui facultatem episcopis, vel inquisitionibus, aut regularium superioribus concedi licentiam emendi, legendi, aut retinendi Biblia vulgari lingua edita; cum haec mandato et usu sancte Rom. et universalis inquisitionis sublata eis fuerit facultas concedendi hujusmodi licentias, » etc.

non prohibuerunt, imo vero et promoverunt; cum scilicet certiores effecti sunt de versionum fidelitate, atque difficilioribus in locis eam opportunis notis explanatam compererunt. Sic Gregorius XIII. auctor fuit P. Wiechio S. J. ut in lingua polonica Biblia verteret, ejusque versio Clemente VIII. probante Cracoviæ prodit (1). In Germania præter antiquiores, quæ jamdiu a viris catholicis vulgatae erant (2), nova adornata est ab Emsero (3); in Anglia in usu est versio catholica Duacensis, quæ edita fuit anno 1609 (4); in Galliis Fenelonius versionem gallicam N. T. plurimum provexit (5); in Italia, ut antiquiores versiones silentio prætereamus (6), celebris admodum est versio Cl. Martini archiepiscopi Florentini, quæ omnium pene fidelium manibus usque conteritur (7).

(1) Cf. Alegambe in *Biblioth. Script. Soc. Jes.* loc. cit.

(2) Etenim Olfriedus Wissemburgensis an. 870. Novum Testam. ac Psalmos metrice lingua teutonica reddiderat; Rab. Maurus et Walafridus universa Biblia in linguan germanicam verterant; versiones bibliae Augustana et Nürburgensis prodierant sec. XV. Cf. Audin, *Hist. de la vie de Luther*, ed. 2. tom. I. p. 14. Quod tamen hic dicit Audin de versione germanica Rabani Mauri et Walfredi totius scripture, ab aliis in dubio revocatur. Cf. *Apparatus biblicus Cherubini*, vol. IV, p. 131 seq. Ino germanica versio quæ jam typis prodierat an. 1466 *sexdecim vicibus* edita est ante Lutheranam versionem an. plus minus 1534. Cf. *Versions of the Scripture* in Dublin Review, vol. 1. July 1856.

(3) De hac versione Emseri agunt Cochlaeus in *Actis ad Lutherum* an. D. 1522. Serarius in *Proleg.* p. 150. Possevimus in suo appurato tom. I, Cf. Cherubinius, op. et loc. cit. Enserus non vertit nisi Novum Testamentum, Eckius addidit versionem T. Veteris de qua præter Greitzeron in Vindic. Bellarmini agit Rich. Simon in *Append.* p. 532. Juxta Sextum Senens. lib. VI. *Bibl. sanctæ*, Eckius utrumque transtulit Testamentum an. 1540. Cf. tamen Le-Long *Biblioth.* tom. I, p. 507-582 seqq. edit. 1725.

(4) Vid. O'Connel, op. cit. *A full Report of the Proceeding* etc. pag. 41 seqq. Hæc versio quadraginta annorum labore adornata est a doctissimis viris et omnium præstantissima habetur.

(5) Sic enim ipse scribit in epist. 2. ad March. de Seignelai ex *Tremblade* 26. Febr. 1686. circa missiones *Saintonge*: « J'oublierai de vous dire, qu'il nous faudra une très-grande abundance de livres, surtout de Nouveaux-Testaments, et des traductions de la Messe avec des explications : car on ne fait rien, si on n'ôte les livres herétiques ; et c'est mettre les gens au désespoir, que de les leur ôter, si on ne donne à mesure qu'on ôte ; » et in ep. 5. ad eundem. « Il faudra aussi répandre des Nouveaux-Testaments avec profusion.... Si on leur ôte leurs livres sans leur en donner, ils diront que les ministres leur avaient bien dit, que nous ne voulions pas laisser lire la Bible, de peur qu'on ne vit la condamnation de nos superstitions et de nos idolatries, et ils seront au désespoir ; » et alibi in ep. data ex Rocella. « Je ne saurois vous dire le nombre de Nouveaux-Testaments dont on auraït besoin, » etc. Cf. *Correspondance de Fénelon*, éd. Paris 1827. tom. 1.

(6) Cujusmodi sunt, Nic. Materni, Ant. Brucioli, aliquorumque de quibus agit Le-Long in cit. *Biblioth.* tom. I. Sisto in versione Jo. Diodati Luccensis, qui fuit minister calvinianus Genevensis, quisque paraphrasten potius quam interpretem agit in sua versione, ac nihil non ad suæ secta placita perturbat, quam versionem propterea suam fecerunt Geneveses. Porro hac versio ea est cujus jam plures editiones societas Biblica vulgavit atque inter nos disseminat ad deterendum *bonum multum*. Egregii homines ! Historiam hujus versionis fusa præbet p. Cherubinus a. Joseph in *Appar. Bibl.* tom. IV, p. 127 seqq. Nihil dixi de vers. Jac. de Voragine, quia critici eam in dubium revocant. Cf. Le-Long.

(7) Mirum est Glaire nullam hujus versionis mentionem fecisse, cuius tamen supra viagia editiones prodierunt; atque illud etiam notandum quod cap. V, quest. X, §. 16 et 17. loquens de versione Gothicâ Ulphite assertat ad nos non pervenisse istius versionis nisi Evangelia, et aliquot fragmenta epist. ad Rom. que edita sunt a Knitel ex codice rescri. to. Attamen notissimum eruditus est ex palimpsestis Biblioth. Ambrosiane curis Eminentissimi doctissimi

quamque etiam Pius VI. commendavit apposito Brevidato 17. mart. 1778. in quo inter cetera de sacris libris hæc leguntur : « Illi enim sunt fontes uberrimi, qui cuique patere debent ad hauriendam et morum et doctrinae sanctitatem, etc. (Cf. in *edit. Rom.* 1784, t. 1). Quod et de nationibus reliquis dici debet, adeo ut vix aliqua sit, quæ versione sua non utatur (*De quibus agit Le-Long op. cit.*) .

Sed et ante ita dictam reformationem longe lateque sacra Biblia disseminata erant. Quæ primum vulgata sunt a celebri Faust post typographicam inventiōnem fuere sacra Biblia juxta versionem vulgatam, nempe an. LXX. antequam lutherana factio foras erumperet. Notandum porro est ea ætate, quotquot pene legere scirent, lingua latinam calluisse. Per idem tempus 800. plus minus editiones Bibliorum, aut N. T. ante reformationem prodierant; ac per universam Europam catholicam circunferabantur, antequam vel protestantis nomen agnosceretur. Et ex his, 200. versiones in linguis vernaculis diversarum gentium, penes quas vulgatae erant, omnium manibus libere versabantur (*Cf. O'Connell loc. cit.*).

Hisce ab historia depropria jam constat de facti quod asserimus veritatem, nunquam videlicet Ecclesiam aut rom. pontifices universim et absolute sacrae Scripturae lectionem in lingua vernacula fidelibus indiscriminatum omnibus interdixisse. Nunc præstat paucis jus adstruere, nempe ostendere prudenter omnino Ecclesiam romanosque pontifices sese gesisse, dum pro opportunitate promiscuam illam lectionem fidelibus veteruerunt.

Duae sane cumprimis rationes concilia romanosque præsules ad avertendos fideles a vulgari Scripturarum lectione perpulerunt: periculum scilicet perversionis et adulteratio sacri textus in versionibus haeticorum. Hasce singillatim expendamus oportet.

Ac primo quidem perversionis periculo quod fidelibus instabat permota fuisse concilia romanosque pontifices ad illa decreta edenda, patet 1. ex ætate quia Tolosanus canon XIV. editus est. Eruperant tune temporis albigenes ac waldenses, qui duce Petro Waldo contra clerum sese extulerant, et versione Scripturarum in gallicam linguam utebantur ad pervertendos catholicos quorum plures in dies decipiebantur ex perperam intellectis nonnullis Scripturarum oraculis; quapropter debuit concilium, prout jam præsterat saltem ex parte pontifex Innocentius III., contrahere facultatem laicis legendi Scripturarum lingua vernacula, quo malum illud compesceretur (1).

miq te viri Angeli Msi, qui eas primum reperit, et Caroli Octav. Castillonei vulgatas esse epistolæ fere omnes apostoli Pauli una cum textu gothicō. ejusdemque gothicī textus versione latina, una cum Glossario, ab. an. 1819. ad an. 1859. typis mediolanensis. Re edit. porro Castilloneus in non paucis Hug. cuius meminit Glaire.

(1) Hic me cohære nequeo ab afferendis verbis auctoris protestantis, ne pe Hurter, qui in vita Innoc. III. ed. cit. tom. III, lib. XIV, p. 55. agens de hereticis illius ætatis qui typi fueru. t. haeticorum in sequentium, scilicet protestantium, hæc ad rem nostram præclare scribit : « L'expérience avait appris que les hérétiques citaient quelques fois l'Écriture sainte pour appuyer leurs opinions, non seulement l'interprétation étaient selon leur système mais la traduc-